



Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Sabbato.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55294)

Sabbato.

PANIS dulcissime, sana palatum cordis mei : vt sentiam iuauitatem amoris tui, Sana illud ab omni languore, vt nullam præter te amet pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnem saporẽ, qui nos de te semper reficis : comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te angelus pleno ore in patria : manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de celo.

caelo, & das vitam mundo: veni in cor meum, & munda me ab omni iniquinamento carnis, & spiritus. Intra in animam meam: sana, & sanctifica me interiùs, & exteriùs. Esto tutamen, & continua salus corporis, & animæ meæ. Repelle à me insidiantes mihi hostes: recedant procul à præsentia tua, vt foris, & intus munitus, recto tramite ad regnum tuum perueniam, vbi non mysterijs, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum DEO Patri, & Deus erit omnia in omnibus. Tunc enim me de te satiabis satietate mirifica: ita vt neque esuriam, neque sitiam in æternum.

Celebrandi Missam. 167

num. Qui cum eodem DEO
Patre, & Spiritu sancto viuis, &
regnas per omnia sæcula sæcu-
lorum, Amen.

Alia Oratio S. Ambrosij.

AD mensam dulcissimi cõ-
uiuij tui, pie Domine Iesu
Christe, ego peccator de pro-
prijs meritis nihil præsumens,
sed tua confidens misericor-
dia, & bonitate, accedere ve-
reor, & contremisco. Nam cor
& corpus habeo multis crimi-
nibus maculatum: mentem,
& linguam non cautè custodi-
tam. Ergo, ô pia deitas, ô tre-
menda maiestas, ego miser in-
ter angustias deprehensus, ad
te fontem misericordiæ recur-
ro: